

# DIVI AVRELI AVGV

STINI HIPPONENS. EPISCOPI,  
De decem chordis liber.

Cap. I



Es. 42  
Cap. I II

Cap. I II

Matth. 5

**D**OMINVS & deus noster misericors & miserator, longanimis, & multum misericors, & uerax, q̄ largiter pr̄rogat misericordiam in pr̄senti seculo, tam seuerè minatur iudicium in futuro seculo. Verba quæ dixi scripta sunt, & diuinis autoritatibus cōtinentur, quia misericors & miserator dominus, longanimis & multum misericors & uerax. Multum delectat om̄es peccatores & amatores huius seculi, quia misericors & miserator dominus, quia longanimis & multum misericors. Sed si amas tam multa mitia, time ibi & ultimū quod ait, & uerax. Si em̄ nihil aliud diceret, nisi misericors & miserator dominus, longanimis & multum misericors, quasi iam conuerteres te ad securitatē & impunitatē, & ad licentiā peccatorum, & faceres quod uelles, uteris seculo, uel quantum tibi permitteretur, uel quantum tibi libido iussisset. Et si quis te bene admonēdo obiurgaret atq; terreret, ut cohiberes te ab immoderato fluxu eundo post cōcupiscētias tuas, & deserendo deū tuū, inter medias uoces obiurgantis obisteres, impudenti quidē fronte, ueluti audita diuina autoritate, & legeres de libro dominico: Quid me terres de deo nostro? Ille misericors est, & miserator, & multum misericors. Ne talia homines dicerent, unum uerbū addidit in fine, quod ait, & uerax: & excussit laticiam male pr̄sumentium, & induxit timorem dolentiū. Gaudeamus ad misericordiā domini, sed timeamus iudiciū domini. Parcit dum tacet. Tacet, sed nō semper tacebit. Audi dū non tacet in uerbo, ne non tibi uacet audi re dū non tacebit in iudicio. **M**odo enim licet tibi causam tuā componere. Ante ultimum iudiciū dei tui cōpone causam tuā. Non est unde pr̄sumas cū ille uenerit, nec falsos testes adduces quibus ille fallatur, nec patronos fraudulentis circūuentionibus & linguosis artibus adhibebis, nec ambies aliquo modo, ut iudicem possis corrumpere. Quid ergo ages apud talem iudicē, quē nec fallere nec corrūpere poteris, & tamē est quod agas? Tunc enim ipse erit iudex causæ tuæ, qui modo est testis uitæ tuæ. Clamauimus & laudauimus, cōponamus causam nostrā. Qui testis est operū nostrorū, ipse testis est uocū istarū. Nō sint inanes, cōuertantur ad gemitū. Tēpus est concordandi cū aduersario tuo cito. Tam longanimis est deus uidendo iniqua & nō puniendo, ut tamē cito sit futurū iudicium. More quippe humana uitæ prolixū est, quod deo breue est. Sed & ipsi seculo & humano generi quod longe uidetur, quid cōsolatur? Nūquid si totius generis hūani ultimus dies longe est, uniuscuiusq; dies ultimus longe est? Hoc dico, ex Adam multi anni euoluti sunt, multi anni fluxerūt, & deinceps fluent, nō quidē tam multi, sed tamē usq; in finem seculi trāsibunt anni, sicut & illi trāsierūt. Longū uidetur quod restat, q̄ q̄ nō erit tantū quantum transactū est, & tamen ex transacto pr̄terito tēpore, sperandus est finis reliqui tēporis. Fuit tūc quidē dies qui diceretur hodiernus, ex illo usq; ad hūc hodiernū, nōne quicquid fuit futurū, pr̄teritū factū est? tale habet ac si nō fuerit. Sic erit quicquid restat extremū. Sed si & hoc longū sit prolixū, quantum putaueris, quantum dixeris, quantum cogitaueris, quantum tibi nō format scriptura, sed fingit cogitatio, quantumuis diē iudicij prolonga, nūquid ultimū diē tuū, id est, uitæ tuæ quo exiturus es de hoc corpore producturus es in longū? Sit tibi senectus certa si potest, cui aut potest? Nōne ex quo homo incipit uiuere, iam potest & mori? Possibilitatē mortis initiū uitæ facit. In hac terra & in genere humano ille solus mori nondū potest, qui nondū cœpit uiuere. Incertus ergo dies tanq̄ quotidianus sperandus est. Si aut tanq̄ quotidianus est incertus dies, cōponatur cū aduersario dum est tecū in uia. Via enim uocatur hæc uita, per quam omnes transcunt, & non recedit iste aduersarius.

Quis